

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum conueniens fuerit Christum ad inferos descendere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

¶ Quinto, Vtrum sanctos Patres ab inferno liberauerit.
¶ Sexto, Vtrum damnos ab inferno liberauerit.
¶ Septimo, Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos.
¶ Octavo, Vtrum liberauerit homines de purgatorio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Christum ad infernum descendere.

3. d. 22. q. 2. art. 1. q. 2. Et opus. 60. circa med.
AD PRIMVM sic proceditur. Vr. q. non fuerit conueniens Christum ad infernum descendere. Dicitur. Aug. * in Epistola ad Euodium. Nec ipso quidem inferos uspiam scripturarum in bono appellatos potui reperire: sed anima Christi non descendit ad aliquod malum: quia nec anima in infernum ad aliud malum descendit, ergo vide q. non fuerit conueniens Christum ad inferos descendere.

¶ 2. Præter. Delcondere ad inferos non potest Christus conueniens sibi diuinam naturam (qua est oinoimmobilis) sed solum conuenire potest ei, sibi naturam assumptam. Ea uero, qua Christus fecit uel passus est in natura assumpta, ordinantur ad humanam salutem, ad quam non videtur necessarium iisse, q. Christus delcondet ad inferos: quia per passionem suam, quam in hoc mundo sustinuit, nos liberavit a culpa & poena, ut supra dictum est. * non igitur fuit conueniens, q. Christus ad infernum descendere.

¶ 3. Præter. Per mortem Christi separata est alia a corpore, quod quidem in sepulcro positum fuit, ut supra habatum est. * Non autem vr. q. secundum animam solam ad infernum delcondet: quia alia, cum sit incorpore, non uidetur q. localiter positu moueri: hoc enim est corporum, ut probatur in sexo Phyl. * delcondens autem motum corporalem importat, non ergo fuit conueniens, q. Christus ad infernum delcondet.

SED CONTRA est, quod dicitur in Symbolo: Delcondet ad inferos. Et Apostolus dicit Eph. 4. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & delcondit priuini ad inferiores partes terræ? gloss. id est ad inferos.

Glossa ibid.
RESPON. Dicendum, q. conueniens fuit, Christus ad infernum delcondere. Primo quidem, quia ipse uenerat poenam nostram portare, ut nos a pena eriperet, secundum illud Ita 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ex peccato autem homo incurruerat non solum mortiem corporis, sed etiam delcessum ad inferos. Et ideo sicut fuit conueniens, d. eum mori, ut nos liberaret a morte, ita conueniens fuit cum delcondere ad inferos, ut nos a delcessu ad inferos liberaret: unde dicitur Osce. 13. Ero mois tua o mors, ero moritus tuus inferne. Secundo, quia conueniens erat, ut uictio diabolo per passionem, uictos eius eriperet, qui detinebantur in inferno, secundum illud Zech. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti uictos tuos de lacu. Et Col. 2. dicitur, expolians principatus & potestates, traduxit confidenter. Tertio, ut sicut potestatem suam ostendit, in terra uiuendo & moriendo, ita etiam potestatem suam ostenderet in inferno, ipsum uirando & illuminando: unde dicitur in Psal. 23. Attollite portas principes uestras, glo. id est principes inferni auferre potestatem uestram, quia usque nunc homines in inferno detinebatis, & sic in nomine Iesu omnes genu

A flectatur, non solum cælestium, sed etiam inferorum, ut dicitur Phil. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nomen in feriotorum sonat in malum pena, non autem in malum culpæ: unde decuit Christum in infernum descendere, non tamquam ipse esset debitor penæ, sed ut eos qui erant pena obnoxii, liberaret.

AD SECUNDVM dicendum, quod passio Christi fuit quasi quædam causa uniuersalis humanæ salutis, tam uiuorum quam mortuorum. Causa autem uniuersalis applicatur ad singulare effectus per aliquid speciale: unde sicut virtus passionis Christi applicatur uiuentibus per sacramenta configurantia nos passioni Christi, ita etiam applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos. Propter quod si gnanter dicitur Zach. 9. quod eduxit uictos in lacu de sanguine testamenti sui, id est per uirtutem passionis sua.

AD TERTIUM dicendum, quod anima Christi non delcondit ad inferos eo genere motus, quo corpora mouentur, sed eo genere motus, quo Angeli mouentur, sicut in prima parte habitum est. * s.p. q. 53.

ARTICVLVS III.

C Vtrum Christus delcondet ad infernum damnatorum.

3. d. 22. q. 2. art. 1. q. 2. Et opus. 60. circa med.
AD SECUNDVM sic proceditur. Vr. q. Christus delcondet etiam ad infernum damnatorum: dicitur enim ex ore diuinae Sapientie. Eccles. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ: sed inter partes inferiores terræ computatur etiam infernum damnatorum secundum illud Psal. 62. Intraibunt in inferiora terræ ergo Christus, qui est Dei sapientia, etiam usque ad infernum damnatorum delcondet.

¶ 2. Præter. Act. 2. dicit Petrus, quod Christum iuicit solus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo: sed dolores non sunt in inferno patrum, neque etiam in inferno puerorum, qui non puniuntur pena sensus propter peccatum actualē, sed solum pena propter peccatum originale. ergo Christus delcondet in infernum damnatorum, etiam in purgatoriis, ubi homines puniuntur pena sensus propter peccatis actualibus.

¶ 3. Præter. 1. Petr. 3. dicitur quod Christus his qui in carcere conclusi erant, spiritu ueniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando: quod, sicut Athanas. * dicit in Epistola ad Epicerum, intelligitur de delcessu Christi ad inferos: dicit enim q. corpus Christi fuit in sepulcro positum, quod ipse perrexit prædicare his, qui in custodia erant, spiritibus, sicut dixit Petrus. Constat autem quod increduli erant in in-

3. d. 22. q. 2. art. 1. q. 2. Et opus. 60. circa med.
Super Questionis quinquagesima secunda Articulum secundum.

TItulus plus querit, q. exprimat: querit enim in quomodo inferni locum Christus delcondet, ut patet in divisione articulorum, explicat autem specialiter de inferno damnatorum, tamquam de magis difficulti.

¶ In corpore distinctionem bimembri facit de esse aliquibi dupliciter: uel secundum effectum, uel secundum substantiam, & iusta singula membra singulis conclusionibus responderet quæsto. Prima conclusio: Christus secundum effectum descendit in quilibet infernum locum, & declaratur in tribus. Occurrit autem ita in hic dubium quia non est sufficierter probata conclusio ex tribus locis inferni. Nam datum quartus locus felicitate limbus puerorum, qui sine aliquo signo decelerit, ergo Christus delcondit secundum effectum in quilibet, oportet & q. in limbum puerorum aliquem effectum habuerit, & quod Autem defecerit, relinquendo hunc quartum locum.

¶ Ad hoc dicitur q. quia sub ordine damnatorum comprehendit tota

Circa med. illius.